



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De suspensionibus Concil. Trid. cap. 49.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De Suspensionibus Concilii Trident. Cap. 49.

Primo suspensionis pœna in Episcopos fertur, qui in alterius Diœcesi cuiusvis privilegii prætextu pontificalia exercēt sine ordinarii loci expressa licentia, aut cum ipsa licentia eadem pontificalia in non subditos eiusdem exercent, ab exercitio enim pontificalium ipso iure sunt suspensi, & ordinati ab ordinum executione.* Secunda. Capitulum. sede vacante, infra annū à die vacationis, licentiam alicui ordinandi, aut litteras dimissorias cōcedēs, nisi recepturus arētatus sit ratione beneficii recepti, vel recipiendi, ecclesiastico subiacet interdicto, ordinati verò in minoribus clericali priuantur privilegio, in maioribus autem ipso iure suspensi sunt ad beneplacitū futuri prælati.

*Tertia. Episcopus Titularius etiã in loco nullius Diœcesis, aut exēpto, quouis prætextu alterius subditum ad ordines promouens, ab officio pontificalium, per annum, & promoti ab ordinum executione ipso iure sunt suspensi donec prælato suo visum fuerit.

*Quarta episcopus ordinans non subditum prætextu cuiusuis privilegii sine testimonio sui ordinarii, à collatione ordinum ipso iure est suspensus per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum maiorum, vel minorum exercitatione, quandiu proprio ordinario videbitur. *Quinta. Abbates quantumvis exempti ipso iure ab officio & beneficio, per annum sunt suspensi, si litteras dimissorias clericis secularibus conferant, vt ab aliis ordinentur, hoc n̄ ad illorum pertinet ordinarium, etiam si tales clerici ipsorum Abbatum fuerint subditi. *Sexta. Quicumque sa-

cerdos alterius parochi spōlos benedicere, sine eius licentia ausus fuerit, ipso iure est suspensus donec absoluator ab ordinario parochi qui interesse debebat. * Septima. Præfecta, seu Abbatisa Monasterii, Episcopum certiozem facere tenetur per mensem ante professionem alicuius faciendam, alioquin ab officio erit suspensa, quandiu Episcopo visum fuerit. * Octaua. Episcopi concubinariū postquam à synodo moniti, non se emendauerint, ipso facto sunt suspensi.

De Degradatione, & Depositione. Cap. 5.

Degradatio est* suscepti ordinis perpetua depositio, Ecclesia nāque cū Ordinis characterē semel impressum auferrenon possit, vsum eius legitimum